

IESVS MARIA.
MODVS
SEV FORMA
RECIPIENDI AD HABITVM



R O M A E,

Ex Typographia Aegidij Spadae.
M D C XIII.

Superiorum Permissu.

REGIUM AD HABITUM
 SEV FORMAM
 MODVS
 IESVS MARIA



ROMANVS

MDCXIII.
 In Typographia Aegidij Spada.

Ex officina Typographica

Il Superiore parato auanti l'Altare Maggiore,
& il Nouitio in mezzo all'ultimo scalino,
stia inginocchiato, & il Superiore dica
le seguenti Orationi.

DOMINVS VOBISCVM.



Oremus.
EVS qui a sæculi vanitate conuersos ad bra-
chium superne vocationis accendis, & qui renun-
ciantibus sæculo mansiones paras in cœlis, dilata
cor horum famulorum tuorum cœlestibus donis
vt fraterna nobiscum teneantur compagine cha-
ritatis vnanimis constantes, sobrij, simplices, &
quieti, regularia sanctorum Patrum instituta cu-
stodiant, & ad eum quem te inspirante Perfe-
ctionis spiritum conceperunt, te adiuuante per-
ueniant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMVS.

Domine Iesu Christe salus, & fortitudo nostra humiliter petimus
vt famulos tuos, quos sanctæ compunctionis ardore ab huius,
sæculi vanitate separasti, etiam a conuersatione terrena discernas, &
gratiam, qua in te perseverent infundas; vt protectionis tuæ præsi-
dia muniti, quod te donante affectant, te audiente compleant, vt suæ
conuersionis executores effecti, ad ea, quæ perseverantibus in te pro-
mittere dignatus es, feliciter pertingant. Qui viuis, & regnas in sæ-
cula sæculorum. Amen.

Benedictione de Panni.

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
Resp. Qui fecit Cælum, & terram.
Verf. Sit nomen Domini benedictum.
Resp. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
Verf. Domine exaudi orationem meam.
Resp. Et clamor meus ad te veniat.
Verf. Dominus vobiscum.
Resp. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Domine Iesu Christe qui tegumen nostræ mortalitatis induere di-
gnatus es, obsecramus immensâ tuæ largitatis abundantiam, vt hoc
genus vestimenti, quod sancti patres, ad innocentiam, & humilitatis

indiciū, abrenunciantes huic saeculo ferre sanxerunt, ita bene + dicere, & sancti + ficare digneris, vt hi famuli tui, qui sanctae religionis habitum, pie deuotionis affectu assumere intendunt, te intus veraciter induere mereantur, Qui viuīs, & regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti.

Benedictione de la Corda .

Deus, qui vt seruū redimeres filium tuū per manus impiorū ligari voluisti Bene + dic, quāsumus cingula ista; & praesta, vt famuli tui qui eis velut ligamine poenitentiali sua corpora cingentur vinculorum eiusdem Domini nostri Iesu Christi perpetuo memores existāt, & in ordine quem assumunt, perenniter perseuerent; tuisque cum effectu obsequijs se alligatos esse cognoscant. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Qui il Domedario dia l'Acqua benedetta, e spogli
il Nouitio, e spogliandolo dica:

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis. Amen.

Quando si veste la Tonca.

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Amen.

Quando si veste l'Habito.

Domine Iesu Christe qui dixisti. Iugum meum suauē est, & onus meum leue: presta quāsumus; vt hic famulus tuus, sic istud deportare valeat, vt possit consequi tuam gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quando si mette il Capuccio.

Pone Domine caputium salutis in capite eius, ad expugnandas diabolicas fraudes. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quando si cinge la Corda.

Præcingat te Dominus cingulo puritatis, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis, vt maneat in te virtus continentiae, & castitatis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Qui il Domadario dia la Candelain mano
al Nouitio, e dica:

Accipe frater charissime lumen Christi in signum immortalitatis tuae vt mortuus mundo Deo viuas. Exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Amen.

Vers. Saluos fac seruos tuos.

Resp. Deus meus sperantes in te.

Vers. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

Resp. Et de sion tuere eos.

Vers. Nihil proficiat inimicus in eis.

Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Maiestatem tuam Dñe suppliciter exoramus; vt famulos tuos, qui
bus de tua gratia præsumentes nostræ religionis habitum impo-
suimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitiæ
tuæ lorica munire, & salutis protegere vestimento, vt intercedente
B. P. Nostro Francisco Confessore tuo, sub humilitatis veste tibi per-
seueranter deseruientes, ad stolam immortalitatis, & gloriæ perue-
nire mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMVS.

DOMINE Iesu Christe, qui beato Petro Apostolo tuo, signifi-
cās qua morte clarificaturus esset Deū prædixisti per alium in-
senescute ipsum fore cingendum: famulos tuos fratres nostros quos
cingulo nostræ fraternitatis præcinximus; tua quæsumus charitate
præcinge, tui nominis metu salutari constringe, & chorda cor eo-
rum regulari alliga discipline; vt tua eis opitulante gratia, soluti, &
liberati à mundo, tuoque victi seruitio in ordinis, quem assumunt
obseruantia vsque in finem iugiter perseuerent. Qui viuīs, & re-
gnas in sæcula sæculorum. Amen.

OREMVS.

DEVS, qui mira crucis misteria in B. P. Nostro Francisco Con-
fessore tuo multiformiter demonstrasti, da his famulis tuis,
eius piæ deuotionis semper exempla sectari, & assidua eiusdem cru-
cis meditatione muniri. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Qu'il Domadario intoni l'Hynno, & mentre che si
canta, tutti i Frati diano la pace al Nouitio
dicendo: Pax tibi Frater.

VENI Creator spiritus,
Mentes tuorum visitas,
Imple superna gratia:
Quæ tu creasti pectora.

Qui paracletus diceris .
Donum Dei Altissimi ,
Fons viuus , ignis , charitas ;
Et spiritalis vnctio .
Tu septiformis munere ,
Dextrę Dei tu digitus ,
Tu rite promissum patris ;
Sermone ditans guttura .
Accende lumen sensibus ,
Infunde amorem cordibus ;
Infirma nostri corporis ;
Virtute firmans perpeti .
Hostem repellas longius ,
Pacemque dones protinus ;
Ductore sic te prauio
Vitemus omne noxium .
Per te sciamus da patrem ,
Noscamus atque filium ;
Te vtriusque spiritum
Credamus omni tempore .
Gloria Patri Domino ,
Natoque , qui à mortuis ;
Surrexit , ac paraclito
In sæculorum sæcula . Amen .

Et in questo mezzo che si canta l'Hinno tutti i Frati
diano la pace al Nouitio, dicendo, Pax tibi Frater.

De più i Cantori dicano questi versetti.

Vers. Post partum virgo inuiolata permansisti .

Resp. Dei genitrix intercede pro nobis .

Vers. Ora pro nobis beate Pater Francisce .

Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi .

Il Domedario dica .

Vers. Dominus vobiscum .

Resp. Et cum spiritu tuo .

OREMVS .

DEVS, qui corda fidelium sancti spiritus Illustratione docuisti,
da nobis in eodem spiritu recta sapere , & de eius semper con-
solatione gaudere.

Con-

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beata Mariæ semper Virginis intercessione à præsentì liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEVS, qui Ecclesiam tuam, B. P. Nostri Francisci meritis, fructu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione, terrena despicere, & cælestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuìt, & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Verf. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Doi Cantori dicano.

Verf. Benedicamus Domino.

Resp. Deo gratias.

Qui il Domedario dia la benedittione al Nouitio, & à Circonstanti dicendo.

Benedicat vos Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Dopoi il Domedario facci vn poco di fermone al Nouitio conforme al nostro ordine, e gli ponga il nome. Il Maestro guidi il Nouitio alla Cella, e li circonstanti se ne vadino con la benedittione del Signore.

Modo di fare la Professione.

COMPITO tutto l'anno della probatione, conforme alla nostra Religione; essendo il Nouitio Idoneo, e sapendo quello che lui deue promettere, e rettamente offeruare, prima si confessi generalmente de tutti i suoi peccati, e dopò si comunichi deuotissimamente, e dipoi si congreghino tutti i frati di quel luogo a suono di Campanella, doue il Nouitio sarà stato di famiglia, & il Superiore, o altro di sua autorità, essendo il Nouitio auanti inginocchiato, insieme con il suo Maestro, pia, & charitatiuamente dimandi al Nouitio s'egli vuol fare la professione, il quale se risponderà de sì, il Superiore l'interroghi conforme alla nostra santa Religione, e rispondendo à quanto è interrogato lo mandi in Chiesa à fare oratione al Signore che spiri lui, è quelli che l'hanno à ricenere in honore de Dio, è salute dell'anima sua, & à benefittio della Religione sia riceuuto alla

80
Regole Particolari
alla professione, & in questo mezo si mette a partito, & essendo accettato dalla maggior parte de voti, sia chiamato, è venuto auanti al Superiore s'inginocchi ancora lui, & intoni in voce chiara l'Hinno.

VENI Creator spiritus

Mentes tuorum visita,

Imple superna gratia,

Quæ tu creasti pectora.

Qui paraclitus diceris

Donum Dei Altissimi;

Fons viuus, ignis, charitas.

Et spirital's vnctio.

Tu septiformis munere

Dextræ Dei tu digitus

Tu rite promissum patris;

Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus

Infunde amorem cordibus;

Infirma nostri corporis

Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius

Pacemque dones protinus;

Ductore sic te præuio

Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da patrem

Noscamus atque filium;

Te vtriusque spiritum

Credamus omni tempore.

Gloria Patri Domino

Natoque, qui à mortuis;

Surrexit, ac paraclito

In sæculorum sæcula. Amen.

Dipoi dica il seguente verso.

Vers. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.

Resp. Et renouabis faciem terræ.

OREMVS.

ACTIONES nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & addiuuando prosequere; vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat & per capta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Qui il Nouitio inginocchioni auanti al Superiore, con giunte

giunte le mani, nelle mano del Prelato, e leuando la mente à Dio, sinceramente con tutto l'affetto del cuore con chiara voce dica queste parole.

Io Frate N. faccio voto, & prometto à Dio Omnipotente, alla beata Vergine Maria, al B. P. N. S. Francesco, & à tutti i Santi della Celestiale Corte del Paradiso, & à te Padre tutto il tempo della vita mia, seruare la regola dei Frati Minori per il Signore Papa Honorio confirmata, viuendo in obediencia, senza proprio, & in castità.

Et il Superiore risponda.

Et Io da parte de Dio, se queste cose offeruarai, ti prometto vita eterna.

Et gli altri rispondino. Amen.

I Cantori intonino il Salmo.

*Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare, fratres in vnum,
Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam*

Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon, qui descendit in montem sion.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.

Gloria Patri. &c.

In questo mezo che si canta il Superiore leui la probatione al Nouitio, è gli caccia il Cappuccio.

I Cantori dichino il seguente verso.

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

A templo sancto tuo quod est in Hierusalem.

OREMVS.

DEVS qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

DEVS, qui per coeternum filium tuum cuncta creasti; quique mundum peccatis inueteratum, per mysterium incarnationis

Regole Particolari
eius renouare dignatus es; te supplices exoramus; vt super hos famulos tuos fratres nostros N. N. quos hodie in hoc templo sancto tuo vanitatem mundi, & pompas diaboli per nostram seruitutis ministerium, voto solenni abrenunciare decreuerunt; ita respicere digneris, vt spiritu mentis sue renouasti, veterem hominem cum attributis suis exuere, & nouum qui secundum Deum creatus est induere mereantur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMVS.

DOMINE Iesu Christe, qui es via, sine qua nemo vadit ad patrem, quaesumus clementiam tuam, vt hos famulos tuos a carnalibus desiderijs abstractos per arctam, ac tutam regularis disciplinae, viam deducas; & qui peccatores vocare dignatus es dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos; praesta vt haec vox vocationis tuae ita in ipsis conualescat; quatenus onera peccatorum deponentes, & quam dulcis es, degustantes, tua refectioe sustentari mereantur.

OREMVS.

SANCTE spiritus, qui te Deum, ac Dominum mortalibus reuelare dignatus es, immensam tuae pietatis abundantiam suppliciter exoramus; vt sicut ubi vis, spiras; sic, & his famulis tuis fratribus nostris N. N. affectum pie deuotionis inspires, & qui tua sapientia sunt conditi, tua quoque prouidentia gubernentur: quos etiam unctio tua de omnibus doceat, & per intercessionem Beatae Virginis Mariae Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Beati Patris Nostri Sancti Francisci, ac Beati N. & omnium Sanctorum, fac eos a saeculi vanitate ita veraciter conuerti, vt quod hodie te inspirante inchoant; sic iuste, pie, ac sancte, per veram humilitatem, & obedientiam fraterna charitate, te adiuuante perficiant, vt in sancto religionis proposito iugiter perseuerantes, ad vitam perueniant sempiternam. Qui cum Deo patre, & filio eius, Domino nostro Iesu Christo viuus, & regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Qui i Cantori intinnino l'Hinno.

TE Deum laudamus; te Dominum confitemur.
Te aeternum patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi caeli, & vniuersae potestates.
Tibi Cherubim; & Seraphim: incessabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt Caeli, & terra. Maiestatis gloriae tuae.
Te gloriosus Apostolorum Chorus,
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia .

Patrem immense maiestatis

Venerandum tuum verum, & vnicum filium ,

Sanctum quoque paraclitum spiritum.

Tu Rex Gloriæ Christe.

Tu patris sempiternus es filius .

Tu ad liberandum suscepturus hominem : non horruisti virginis
vterum .

Tu deuicto mortis acculeo: aperuisti credentibus regna cælorum .

Tu ad dexteram Dei sedes in gloria patris .

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus , tuis famulis subueni : quos præcioso sangui-
ne redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis: gloria munerari .

Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos: & extolle illos vsque in æternum .

Per singulos dies benedicimus te .

Et laudamus nomen tuum in sæculum , & in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto: sine peccato nos custodire .

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos : quemadmodum spera-
uimus in te

In te Domine speraui non confundar in æternum .

**E tutti vadino in Choro cantando, e finito, dichino,
i seguenti versi .**

Verf. Confirma hoc Deus: quod operatus es in nobis .

Resp. A Templo sancto tuo, quod est in Hierusalem .

Verf. Post partum Virgo inuiolata permansisti .

Resp. Dei Genitrix intercede pro nobis .

Verf. Ora pro nobis Beate Pater Franciscæ .

Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi .

O R E M V S .

AD SIT nobis quæsumus Domine virtus spiritus sancti ; quæ &
corda nostra clementer expurget ; & ab omnibus tueatur ad-
uersis .

CON CE DE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus per-
petua mentis, & corporis sanitate gaudere, & Gloriosa Beata
Mariæ semper Virginis intercessione a præsentis liberari tristitia , &
æterna perfrui letitia .

DEVS

DEVS qui Ecclesiam tuam, Beati Patris nostri Francisci meritis sc̃tu nouę prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena dispicere, & celestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum viuit, & regnat in vnitae spiritus sancti Deus, per omnia, sæcula sæculorum. Amen.

Verf. Dominus Vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Verf. Benedicamus Domino.

Resp. Deo Gratias.

Il Superiore, ò Domedario dia la benedittione à tutti dicendo.

Benedicat vos, Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus Amen.

F I N I S.

Ego Frater Bartholomæus de Bononia pro Custos Prouincialis Min. Conuent. Reformatorum superscriptus modus seu formã ad habitum recipiendum vidit.

Romæ, Ex Typographia Aegidij Spadz.

M D C X I V.



fr. Bernardino Rossi *fr. An. Ruggieri*

F I N I S

Ego Frater Bernardino de Bononia pro Cassin
 et conventui eiusdem Conventus Reformationum hanc
 impressionem et signum ad laborem suum
 fecit.

Rome, Ex Typographia M. D. C. C. C.

